


I  
II  
III  
IV  
V  
VI  
VII  
VIII  
IX  
X  
XI  
XII







PARAPHRASIS POETICA  
PSALMI DAVIDICI LXVIII.

CARMINI

MAGNIFICO ET DIVINO

CELEBRANTIS VICTORIAM CHRI-

sti-Jesu, resurrectionem è mortuis, &

ascensionem ad celos, ac missionem S S. & Apo-

stolorum ad præconium Evangelii, &

collectionem Ecclesiæ toto

terrarum orbe.

*Exposita versu hexametro da-*  
*ctylico heroico,*

A

GREGORIO BERSMANO

ANNEBERGENSI.

*Ephes. 4. v. 8.*

Quum ascendisset in sublime, captivam duxit

captivitatem, & dedit dona hominibus,

&c.


*SERVESTÆ.*

Impressa typis Zachariæ Dörfferi.

Anno sVrsVM CorDa.











PSAL. LXVIII.

Exurgat Deus, & dissipentur ini-  
ci, &c.

*Canens epinicion filio Dei, Domino nostro*

*C. I. Servator generis humani, triumphanti de  
Satana, peccato, & morte.*



*Amipotens exurge Deus, nunc exere vires,  
Nunc animum, Pelusiaco quibus usus in hoste,  
Arabioq; mari, Niliq; feracibus undis;  
Huc ades, inq; fugam retrò palantia vertent  
Castrapede, nec turba tuos feret hostica volus.*

- 2 *Qualis enim vento fumus rapiente fatiscit;  
Qualis & admotum cera int abescit ad ignem:  
Haud aliter tremefacta tuo, quo sidera torques,  
Improbitas nutu, subito vanescet in auras,*
- 3 *Iustorum interea, catu applaudente Iehova,  
Victoriq; suo linguis animisq; favente.*
- 4 *Eia Deo laudum praconia solvite cantu:  
Eia Dei, convexa poli super, edite nomen.  
Sternite ductori deserta per invia callem;  
Ite, parate viam, volucris per nubila curru  
Leniter in vecto, supra de sedibus arcis.  
Fallor? an agnosco venientis comminus ad nos  
Signa Dei? non fallor; adest, qui nomine praese  
Quod fert, nec metas in se, nec tempora novit;  
Principium sine principio, sine legibus aevi,  
Latitiae fons, & vitae melioris origo.*



- 5 Huic exultantes praemia solvite laudum,  
Qui pede suppositi calcans laquearia celi,  
Mortales oculo lustrat vigilante labores,  
Orborum pater, & viduata compare vindex;  
Qui sacram Solymâ sedem sibi legit in urbe.
- 6 Qui steriles lecti fecundat pignore nuptas,  
Implens prole domum numerosâ, prolis egentem.  
Vincla suis qui rumpit iniquo carcere clausis,  
Atque rebellantes damnat squalore situq̃,  
Rura inter deserta, inopes undaq̃ cibiq̃.
- 7 Quum, Deus, Isacidis Phario migrantibus orbe,  
Dux ires, Arabum per inhospita tesqua profectis:
- 8 Omne tuo tremere incessu, tellure tremente,  
Omne horrere solum; celum sudore liquari  
Imbrifero; pavidi trepidare cacumina Sina,  
Numinis horrore Abramidum, quod cuncta tremiscunt;
- 9 Accessu propiore Dei, qui rura peculij  
Ipse sui irrorat pluvijs, nubisq̃ liquore  
Nutrit hiulca siti, squalentia sideris astu:
- 10 Ipsius unde gregi non unquam gramina desint,  
Afflictisq̃ sua recubent bonitatis in umbra,  
Successu lati rerum, sedisq̃ parata.
- 11 Illic tu praebes laudum argumenta puellis,  
Hymnisono qua te cœtu, tua factaq̃ pangant,  
Sic canere alternis & respondere parata:
- 12 Terga dedere duces, verterunt terga tyranni,  
Non vi, sed latebris ausi sperare salutem,  
Invictum nuper genus, & spe divite plenum.  
Indigena regum spolia invasere puella,
- 13 Ollarum nuper nigricans fuligine turba,  
Castrorumq̃ situ sedata, ac pulvere corpus;  
Nunc nitida argentum superans aurumq̃ columba,

Cum



Cum rutilante ruit sudi per inania penna.  
Atq; suas ostentat opes, collig; met allum.  
14 Qualis nix summo Salmonis colle renidet.  
Sole repercusso, aut radiantis sidere luna,  
Spectantumq; ferit tremula face luminis orbes:  
Sic reges ubi prostratos extendit arena  
Omnipotens, posuitq; sui monumenta tropaei:  
Omnia discussis videas fulgere tenebris,  
Et jubare illustrante retexi noctis opaca,  
Candida qua sacrae metantur castra cohortes.  
15 Ipse suis plaudat sibi saltibus, udaq; jaetet  
Pasqua, & ostendet juga celo proxima Basan,  
Cumq; hoc colliculi, suboles montana, tumescant:  
16 Ne tamen hac vestrum fiducia suadeat ulli,  
Sioni laudare parem se, quam sibi priuam  
Sacrauit dominus sedem: deponite cristas  
Montesq; collesq;: iuvat hac sede Iehovam  
Degere perpetuum, celi terraq; monarcham.  
17 Cui par numen habes nullum, quem millia stipant  
Innumera algerum; quem millia multa rotarum,  
Flammivomo inuectum curru, comitantur ovant;  
Agmine, seu super aeris fastigia Sina  
Altius ingreditur, Solyma seu templa revisit,  
18 Sive triumphato caelestum ad tecta Acherunte,  
Victor agit currum, spolijs insignis opimis,  
Centum vinceta trahens post tergum Tartara nodis,  
Tartareumq; ducem, domito dirum ore frementem.  
Pone sequi cernas opulenta fercula prada,  
Qua victor maeret at populos sub jura receptos;  
Hos quoq;, qui collo detrectant frenas rebelles:  
Omnis ut hunc flexo veneretur poplite regem,  
Agnoscatq; Deum populus Siona tenentem.

A 3

Illius



- 19 Illius ergo vacent in laudes noxq̄ diesq̄,  
Illum lingua canat docilis persolvere grates,  
Qui nos promeritis cumulat bonus, ornat honore.
- 20 Ille Deus, nostræ decus & fiducia gentis;  
Ille Deus, qui nos è faucibus eripit Orci,  
Humana custos auctorq̄, Iehova salutis.
- 21 Ille suo (nec vana fides) minuet caput hosti,  
Verticis infringens fastum, cristasq̄, revellens  
Audentium superis ipsum detrudere regnis,  
Et sceleri scelus ardentium, culpæ addere culpam.
- 22 Sic visum Domino, nec eum sententia vertet,  
Isacidis perstent ut fata immota suorum,  
Ut suboï constent promissa parentibus olim.  
Namq̄, hos Basanum, DEVS, ut de gente feroci,  
Traductos rubri medias per marmoris undas,  
Servasti incolumes; nec moles profuit. Ogo  
Vasta, Giganteo nec pollens robore dextra;
- 23 Quo minus Isacidum ipse manus gladiosq̄, lavaret.  
Calcantium pedibus projecta cadavera campis;  
Dilanianda canum morsu, rostrisq̄, volantium:  
Sic tua nos manus ereptos ex hoste recepit,  
Auspicijs patrum non inferiora secutos.
- 24 Ergo triumphali ingressum sacraria pompa,  
Viderunt hilari gratantia compita plausu,  
Viderunt pompamq̄, Dei, regisq̄, triumphum:
- 25 Ducentes videre chorum, Peana canentes,  
Commistasq̄, tuba citharas, & nablia cornu.  
Inter & hos crotalum doctas pulsare puellas,  
Aeraq̄, taurinos crepitu ingeminantia bombos,  
Sic cantare pares, & respondere paratas:
- 26 Quâ patet Israëlè satæ communitio plebis,  
Israële sui derivans sanguinis ortum,



Iugis aquae ducti manant ceu fontibus amnes ;  
 Isacida, festa Dominum celebrate corona,  
 Isacida, alternis victori dicite carmen.  
 27 Huc tribus omnis ades, seu parvi semine creta  
 Benjaminis, nulli sed fratrum laude secundi,  
 Sive satu Iudae, metuendi fulmine funde,  
 Sive genus jactans Zebulonis, Nephthalimiq;  
 Omnis jò Paan tribus, omnis jò cane Paan.  
 28 Hoc die virtutis opus, dextraq; trisulcis  
 Ignibus armata, quae tantum in praelia robur,  
 Has populo Abraxidum vires animosq; ministrat.  
 Hoc, Deus ò, proprium jubeas, hoc, oro, peremne  
 Esse tua bonitatis opus firmesq; secundo  
 Caepa probe eventu, nec rerum prospera veritas.  
 29 Hae Solyma, temploq; tuo bonus otia praesta,  
 Polliciti memor & sanciti foederis olim.  
 Sic tibi purpurei supponent colla tyranni,  
 Ac tua scepra colent venerati munere reges,  
 Munere & argenti venerati, munere & auri.  
 30 Perde piis cladem meditantibus hostes,  
 Quos hastis & missilibus levis armat arundo :  
 Agmina taurorum, vitulos compesce petulcos ;  
 Sterne tua regesq; manu, regumq; latrones,  
 Bracteolis caput argenti sublime ferentes :  
 Quos auri malesuada fames scelus urget ad omne :  
 Bellaq; spirantes immania dissiice gentes.  
 31 Eventura precor : tua jussa capeffere promptè  
 Niligena accelerant proceres, en dona ferentes  
 AEthiopum populi, media gens proxima Zona,  
 Arens ora siti palmas tibi tendit inermes,  
 Numinis inq; tui cultu procumbit ad aras.

Vos



- 32 Vos ò terrigenùm Vos ò gens, in tribus unã  
Ferte Deo laudes, celorum psallite regi,  
Atq; sua maria, & terras ditione tenenti.
- 33 Astriferos, laudate Deum, qui temperat orbes;  
Aurato residens solio flammantis Olympi,  
Ante rudis terra primordia, & aquora ponti.  
Cujus ad auditum vocis, micat ignibus aether  
Cum tonitru, pavidiq; tremunt fundamenta mundi.
- 34 Illius memori vires agnoscite mente:  
Illius, Isacidam gens, admiranda potentis  
Facta manus, olim dubijs experta periclis,  
Laude vehat; tollant robur super astra nepotes:  
Quod celum memorat sonitu, nubesq; loquuntur.
- 35 Numinis est horrenda tui vis, arbiter avi,  
Quam defensa tuã produnt sacraria dextrã.  
Vnde ferum formidandus descendis in hostem,  
Ingentes edens confusa stragis acervos:  
Invictosq; tuis animos, & nescia frangi  
Pectora suppeditans, firmas in bella lacertos.  
Quæ te lingua, Deus, celo, quæ laudibus æquet!

F I N I S.



Be 231.

8

Db.

ULB Halle 3  
002 690 756



56.


VD77











29. XXIX.

31

PARAPHRASIS POETICA  
PSALMI DAVIDICI LXVIII.

C A R M I N E  
MAGNIFICO ET DIVINO  
CELEBRANTIS VICTORIAM CHRIS-  
ti-Jesu, resurrectionem è mortuis, &  
ascensionem ad celos, ac missionem S S. & Apo-  
stolorum ad præconium Evangelii, &  
collectionem Ecclesiæ toto  
terrarum orbe.

*Exposita versu hexametro da-  
ctylico heroico,*

A

GREGORIO BERSMANO  
ANNEBERGENSI.

*Ephes. 4. v. 8.*  
Quum ascendisset in sublime, captivam duxit  
captivitatem, & dedit dona hominibus,  
&c.

SERVESTAE.  
Impressa typis Zachariæ Dörfferi.  
Anno sVrsVM CorDa.

30.

